



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

§. I. De illis verbis: Hic sapientia est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

Hactenus in hoc Capite Historia prophetica de Bestia posteriore: & narratio plena de utraque Bestia. Sequitur Index in tempora hujus prophetiae; Versus 18.

## TRACTATUS XXI.

IN CAPITIS XIII. Versum postremum.

Postquam de utraque dixit Bestia, indicat unde possit dignoscitur tempus quando haec incipient.

### VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 13. Vers. 18.) *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, comprehendet numerum bestiae. Numerus enim hominis est, & numerus ejus, sexcenti sexaginta sex.*

#### §. I.

*De illis verbis: Hic sapientia est.*

Sapientia est: Primò scire utriusnam Bestiæ numerus afferatur è duabus. Secundò, quo consilio is numerus reveletur. Tertiò, cur hujus potius Bestiæ quam alterius.

**Numerus est prioris Bestiæ:**  
1. **E** Tenim duplex Bestia descripta est in hoc Capite: & admirabilis est Apocalypsis, qua relinquere videtur Lectorem suspensum in medio, utrius Bestiæ sit numerus de quo agit: ejusne quæ est prior & cuius faciet posterior potestatem, an verò ipsius posterioris. Sed qui revolverit diligenter hoc Caput Apocalypseos, & ponderaverit ea quæ dicuntur de admiratione illius quæ est BESTIA PRIMA, & ejus CUJUS CURATA

EST PLAGA MORTIS, & QUIÆ HABET PLAGAM GLADII ET VIXIT, quodque in illius CONPECTU (utpotè alterius) facturus sit aliis SIGNA, & quod illius sit futura IMAGO & simulatio quæ loquatur, & cui ab altera Bestia imperetur cultus seu adoratio: is ex verbis Joannis illud arbitrabitur, sine ulla dubitatione describi numerum primæ Bestiæ.

2. Et hoc eo consilio pernecessario: Fuit is  
F 2 ut



Necessa-  
rio præ-  
nuntian-  
dus.

ut agnosco primam Bestiam, quæ est Imperium infidele, animadvertiscant Christiani secuturam esse posteriorem Bestiam quæ est Antichristus cum suo Regno. Maximè, quod prima Bestia sit longæva: & sit ea ipsa quam uteatur Antichristus & quam traducet in suum Imperium, addito colore Legis Domini ac presentiæ Messiae.

3. His enim ad eum modum prophetatis, optabilissimum fuit ut Apocalysis deterget certo indicio illum tempus primæ Bestiæ: quoniam hac exortâ nulla supererit præstolatio sapientibus, præterquam ut superadveniat trium & dimidii annorum Bestia Imperium Antichristianum.

Potius  
quam  
Posteri-  
oris,

HIC, inquit S. Joannes, SAPIENTIA EST: & ad hujus animadversionem nominis & computum numeri provocat: QUI HABET, inquit,

INTELLECTUM, COMPUTET NUMERUM BESTIÆ: videlicet prima; cuius de mari ascensus erit sapientibus in toto orbe terrarum prodromus manifestus advenientis secundæ, & imminentis, ac prævidendæ iis qui habuerint intellectum; nempe Antichristiani Imperii cui præcurret. Nam ipsa secunda Bestia prodet se abunde orbi terrarum suâ additione Imaginis, & suo nomine Messiae, & concursu ad illum Judæorum, & ædificatione Templi, & exultatione istorum & innanitate persecutionis, cuius solatum erit tempus per breve, quod non egeat novo indicio.

Quæritur igitur, quis sit numerus prioris Bestiæ: de qua tanta dicta sunt, & cum qua nocturnis cætera breviora.

## S. II.

### De illis verbis: Computet numerum.

Compu-  
tatio est  
Grecæ-  
rum:

**N**emo dubitat quin hæc supputatio debeat esse notarum notarum Græcarum: quia eo idiomate Apocalypsis est scripta: & ipse numerus est per notas Græcas adscriptus. Unde S. Irenæus, contiguus Apostolicorum temporum, scriptum reliquit lib. 5. cap. 30. eos qui S. Joannem viderunt, testimonium perhibere, quod numerus Bestiæ sit secundum Græcorum computationem ( κατὰ τὸν τῶν Ἐλλήνων Φῦλον ) per literas quibus nomen constabit. Et in eadem Apo-

calypsi in cap. 7. ubi agitur de numero Signatorum, ea etiam numeratione exprimitur sensus quam per Græcas notas: dum enim dicitur, centum quadraginta quatuor millia, græcè habetur μυριάσδες: & ex omni tribu duodecim millia, græcè habetur εκατόσδες.

2. Mos enim est Græcis per literas Per Alphabeticū numerare: sicut etiam in phabetū sua lingua Hebrei per suas numerant Græcum literas: & Latini per suarum alias, videlicet per M,D,C,L,X,V,I.

In